

Aetherii Regnans radiantia sidera cœli,  
Proposito nostro faveat, det vela secunda!

DISSE

**Z H T H Σ E I S**  
**PHILOSOPHICAS**  
EXHIBENS:

Quam

zum suffragio Amplissime FACULT. PHIL.  
in Regio Athenæo Abodico:

SUB PRÆSIDIO,

Viri Preclarissimi


JN. M. PETRI HAHN,  
physiologiz Profess. celeberrimi,  
Fac. Philosoph. Decani maximè spectabilis,  
Præceptoris & Promotoris jugiter de-  
venerandi;

Publico ventilanda examini, exercitii gratia,  
modestè submititur

Regius Stipendiarius  
HARALDUS M. Almeqivisi/  
Austrogothia-Svecus.

In Acrosterio maximo ad diem Octobris  
Anno Redempti orbis M. DC. LXXXVI.

ABOÆ, exc. apud Job. Laurentii Wallium, A.T.





*An quædam animalium in igne Natu-  
raliser munere vita fungi queant?*

*Neg.*

**N**onnullos turbæ cleantheæ minus  
veris experimentis seductos inq;  
eum raptos errorem, ut quædare  
animalium in igne vitam producere  
sonniarent, invenimus, sibi in auxilium  
suiq; erroris asylum, implorantes au-  
toritatem aristotelis Pliniiq; hunc in mo-  
dum memoriæ prodentium; Arist. Lib.  
r. de Historia animalium cap. 19. Nonnulla  
corpora esse animalium, quæ igne non absu-  
mantur, Salamandra claro documento est, que,  
ut ajunt, ignem inambulans per eum exting-  
dit. Plin: Lib: II. Natur: Histor. cap: 30: in  
Cypri ærariis fornacibus ex medio igni, majoris  
musce magnitudinis volat pennatum qua-  
drupes, appellatur Pyralis, à quibusdam py-  
rausta, quamdiu est in igne vivit, cum evasit  
longiore paulò volatu, tunc moritur. Hæc  
qui-

qvidem primo intuitu veritati reginæ  
virtutum haud dissentanea apparent,  
ast acutiori oculorum acie æqviori  
judicii lance horum intimorem ver-  
borum sensum pensiculanti, sanior ve-  
roq; magis consonus sensus emerget;  
adeò ut facilimè nobiscum in castra  
negantium descendat: in genere dicen-  
do & Respondendo: Auctoritati enim  
humanæ eatenus credimus, quatenus  
eam firmis innixam rationum fulcris  
deprehendimus. Ad hoc etiam accedit  
Philosophum Lib: 4. Meteor: contrari-  
am foventibus sententiā favere, qvan-  
do hæc in verba prorumpit: *In terra &*  
*in aqua animalia solum sunt: in aëre & igne*  
*non sunt.* Quin & ipse Plinius lib. 10. cap.  
67. Natural. Histor: nostris partibus fa-  
vet. In specie hanc damus responsio-  
nem, prænominatos Auctores summis  
laudibus deprædicandos neutiquam  
adsertive & affirmative, sed narrativ  
& relativè ea narrasse literisque con-  
signasse, quod unicuiq; attentiores ini-  
psiis textus inspectionem oculos con-  
jici

jicienti clarè & perspicuè dispalescit.  
Pro hac sententia defendenda nobiscū  
in acie militāt: *Pererius* in *genef.* Lib. I. in.  
*exposit:* *operis sext.* *Diei circa finem.* & Lib. 3<sup>o</sup>  
in *Danielēm.* *Svaretz lib. 2. de opere sext*  
*Diei cap: 10. num. 18. Conimbricenses in Pro-*  
*blematibus annexis libris de cœlo. item sect:*  
*4. de igne probl: 9. Galen. Lib. 3 de tempe-*  
*rament: Dioscorides Lib. 2. cap. 56. quem*  
hunc in modum exponit locum com-  
mentator ipsius Matthiolus; opinionem  
veterum de Salamandra in igne viven-  
te falsam comperisse, multis Salaman-  
dris in ignem experiendi causa conje-  
ctis brevique extinctis. *Thomas in 4. Dist.*  
*44. 9. 3. art. 1. Bannes lib. 2. de generat. &*  
*corrupt. quest. 1. Plin. Lib. 10. Natural: Hi-*  
*stor. cap. 67. seidel. commentar: de corp. a-*  
*nimat. pag. 586. & 588. & per plurimi a-*  
*lli. Ovos & chraqmüller & Schottus*  
recensent. Hinc intrepido docemus  
pectore nullum animal in igne vitam  
protrahere Naturaliter posse.

An

*An naturæ scrutator rationem, qua aqua  
marina igni inspersa potius eum exci-  
bat, quam extinguit, reddere possit?*  
*Aff.*

**A**quam marinam duplarem ob cau-  
sam ignem accendere, demonstra-  
tum eunt naturæ arcanorum interpre-  
tes: primum, propter immensam pin-  
gvedinis, oleique affluentiam, quæ, ut-  
pote in cæteris rebus ignem alit fo-  
vetq; sic etiam hac in re idem præstat:  
Siquidem oleosa, sulphurea & bitumi-  
nosa corpora alimentum conferunt i-  
gni. Iustum aquarum campum ingenti  
superfluere pingvedinis copiâ, bitu-  
minis oleique immensi fontes propemo-  
dumq; inexhaustæ scaturigines satis  
superq; evidenter arguunt: hoc ipsum  
maxime, commendabilis *Macrobius lib.*  
*7. Cap. 14.* sequentia in medium pro-  
ferens verba stabilit: *aqua marina pingue-  
dinem habet, que cum inspergatur flamma  
eam non tam extinguit, quam pariter accen-  
dat.* Hujus in acie militat *Phosphorus*  
phi-

philosophorum sect. 23. Probl. 18. hæc fundens verba: ex sale, qui alioqui ex marina aqua sole exsiccata conflatatur, spagyricâ arte oleum extrahitur. Deinde hæc ratio reddi potest; qvandoquidem, illa crassior reliquis ita etiam salsuginosis particulis plurimum scatet & siccis, qvam obrem aspersio & infusio hujus magis flammarum concipit, qvam extinguvit: unde satis competenter haud sua laude defraudandus *Procopius* Lib: 2. de bello persarum scribit: Bitumini & sulphuri aquam majorem vim ad ignem atlendum addere solere. Omnibus aliis exemplis & historiis prætermissis unam duntaxat ex Jovio Lib. 71. Hist: adferre lübet, quam hunc in modum inter Gallos & Anglos evenisse refert: In conflictu quodam inter Gallos & Anglos duas naves Britannicas & Gallicam unam in usitate magnitudinis, quam Cordigeram appellabant, cum harpagonibus connexæ essent, & diu tormentis & falcibus dimicassent, tandem uno tempore miserabilis exitus confragasse & supra duo millia hominum, aut discerpta tormentis, aut flammis,

circumdata, aut demum semi ambusta sponte in Oceanum præcipitata, pericisse, totidemque fere omnis generis ænea tormenta oceano submersi esse. Plura exempla & Historias desiderans adeat cum antiqui orestum recentiores Historiographos.

*An in potestate Satanae mancipia sua corporaliter per aera ad nefaria conventicula sua transportare solum sit? Affir.*

In sententiarum duo philosophiæ Magistros hac de quæstione abire reperimus, divortia: talem per aërem delationem plane & prorsus imaginariam, phantasticam ac nunquam factam non nulli existimant, cuius opinionis assertores existunt: *Alciatus Lib. 8. parag. cap. 22. Philippus Camerarius centu 1. Hor. subcif. 72. cap. Duarenus ad Cornel. de sic: 2. cap. Johann Baptista à Porta Lib. 2. Mag. Nat. Cap. 26. Weirus per sex libros Ulri-*

*Ulricus Molitor de Pythonicis Mulieribus*  
cap. 8. quos citat *Martinus Delrius lib.*  
*2. Disquis. Magic. Qvest: 15. Leonhardus*  
*Wairus Lib. 2. de falso. & alii. Sagas*  
Magosq; ad ejusmodi conventus re-  
vera & corporaliter tran portatos ac  
etiamnum transportari, integrâ & il-  
læfâ tantorum auctorum auctoritate  
triplici rationum fulcro innixi statui-  
mus. I. Ex sacris literis & quidem è  
paritate exemplorum *Matth. 4. 5. 8.*  
*At 8. 39. 2. Cor. 4. 4. 2. Cor. II. 14.* In  
supplemento 2. *Danielis v. 38.* II. Au-  
ctoritate humana utpote ; Tannerus,  
Ambroſius, Chrysostomus, Gregorius,  
Augustinus & alii. Qvin & Egesip-  
pus Lib. 3. Histor. Arnobius Lib. 2.  
contra gentes , Cyrillus Hierosolymi-  
tanus, Epiphanius, Maximus pluresq;  
alii, testantur Simonem Magum coram  
Petro Apostolo, ope alarum Dæmoni-  
acarum in äerem sublatum volitasse.  
Baldvinus, Lib. 3. de cas. Conscient:  
pag. 737. III. Ex Historiarum monu-  
mentis , qvas vide apud *Guilhelmum*

*Neu-*

*Nenbrigens: lib: 1. rerum Anglicarum cap.  
38. Iohann Bodin: Lib: 2. Dæmonom: Cap. 4.  
Paulum. Grillandum juris consultum 3-  
talum Lib. 2. de sortileg. Bartholomæum spi-  
næum de strigibus 17. Cap. Nicol: Remigi-  
um lib: 1. Dæmonol: cap. 14. aliosque. U-  
nicam Historiam placet adnotare: è  
Bodino citato loco: qvam sequenti  
modo accidisse narrat: *Lugduni ante  
paucos annos Mulier potens comperta est,  
qve surrexit de nocte, accendit lucem, ar-  
repta pyxide inunxit sese & post voces  
aliquot elata est: Hos ritus fieri ob-  
servans mœcbus, qui cum eacubuerat, lucer-  
nam capit, pervestigat undiq, & eà non in-  
venta, cum solam unguentii pyxidem reperisset  
curioso animo exploraturus, quid unguen-  
tum possit, fecit prout fieri animadverterat:  
Ita statim elatus comperit se cum Magorum  
cætu esse in agro Lotharingiæ, & conster-  
natus est: Sed cum primum Dei operam im-  
ploraret, evanuit totus cætus; ille vero so-  
lum nudumq; sese comperiens, Lugdunum  
reversus est, & Maleficam accusavit; qua  
confessa rem totam igne perit.**

An

*An terra in medio mundi existens con-  
tinuo pollear motu? Negr.*


Inter Philosophiæ cultores hac de  
qvæstione & Antiquiores dissertatum,  
& etiamnum satis acriter disputatur:  
qnidam terræ motum sideribusq; qvie-  
tem adscribere idq; summo nisu tueri  
conantur, hujus affirmationis propu-  
gnatores sunt: *Democritus, Ponticus, He-  
raclides, Cephantus Pythagoræus, Thales Mi-  
lesius, Nicetas Syracusanus, Hegesias, Seleu-  
cus Mathematicus, Aristarchus Samius, Phi-  
lolaus, Nicol: Copernicus Mathematicus-  
Gilbertus Anglus, Antonius Le grand Insti-  
tut: Philosoph: pag: 414, 415, 416, 417,  
418, &c. Nos autem in hodiernorum  
castra descendimus, sacris literis illu-  
minatorum, docentium terraqueum  
globum quiescere astracj moveri, hocq;  
sequentи argumentorum serie confir-  
mamus: 1. Depromimus e sacris pande-  
atis. ps. 104. 8. qui fundasti terram super  
stabilitatem suam, non inclinabitur in se-  
culum seculi. Job. 26. 7. appendit super nibi-  
lum.*

lum. 1. Par. 17. 30. Ipse enim fundavit orbem  
immobilem. psal. 119. 90. ps. 24. 2. Eccles.  
1. 4. Et. 5. Ps. 19. 67. Psal. 104. 19. Jos. 10.  
12. 13. Syracid: 43. 2. 5. II Haurimus è  
saniorum Physicorum Schola & Ma-  
thematicorum, utpote: Aristot. Lib. 2.  
de cælo. Bartholin: instit. syst. Phys. cap. 3.  
Costæi Casman: Scharff: Man: Phys: pag.  
m. 183. Ruthar: Tych: Brah. Reverendiss:  
Doct. Johan. Gezel. Encyclop. Synop. 1. parte  
pag. 236. item parte. 2. pag. 256. sperling. in-  
stitut. Phys. lib. 4. cap. 4. pag, m. 607. 608. Et  
610. Idem exercitat: lib. 2. exercit. 7. pro-  
pos. 1. pag. 246. Et lib. 4. excit. 4. propos. 7.  
item Synops. phys. Lib. 2. cap. 9. precept. 12.  
pag. m. 62. Hoc ipsum invictis confir-  
mat argumentis exellentis. Professor  
Daniel Achrelius Contempl. Mund: Lib. 3.  
Cap. 1. parag. 13. 4. 5. pag. 197. 198. 199.  
III. à sanâ, vera & manifestâ experien-  
tia: exempli causa: si quis conjecerit  
lapidem in altum nonne recta linea  
tendit ad centrum, qvod neutiquam fa-  
ceret. si terraqueus globus in conti-  
nuo effet motu? Aliud: Siglobulis plum-  
beis qvis vellet è summis turri ex-  
plo-

plorare , sentiat illos perpendiculariter ad terram descendere. iv. Ab absurdō: si terraqueus globus motu gauderet sideraque quiete; nunquam obscurus redderetur nobis sol seu fierent ecclipes solares , non luna humoris Mater interveniret solem & terram, unde hanc vel illam terrae partem luce solari privaret, ex hisce omnibus luce meridiana clarius dispalescit terram semper stare immobilem, sideraque motu pollere continuo.

### TANTUM

*Dice Deo memori versu præconia grata,  
Pectoris ex imo semper mea Nescia fati !*



CO-

## COROLLARIA.

1. Gnostologia est disciplina à reliquis  
distincta.
2. Obiectum est mensura discipline.
3. Qvod non est, perire, non potest.
4. Deus omnis boni, & nullius mali  
causa est.
5. Spiritus est ingenerabilis.
6. Remanent in anima separata ha-  
bitus.
7. Non datur materia prima.
8. Animâ humana è Parentibus pro-  
pagatur.
9. Aqva major est terra.
10. Finlandiae incolæ, non habent ar-  
tipodes.

1. *Summum bonum ethicum consistit in continua virtutis actione.*
2. *Moribus amici in pejus mutatis expirat amicitia.*
3. *Mores contingenter sequuntur temperamentum corporis.*
4. *Vita solitaria non praefat sociæ,*
5. *Matrimonium verbi Dei præconibus contrabere licet.*
6. *Patria potestas ad jus usque viæ & necis non est extendenda.*
7. *Polygamia successiva est licita.*
8. *Philosophia rectè distribuitur in nationalē & realem,*
9. *Philosophia non est contraria Theologie.*

20. Logica recte annumeratur partibus  
Philosophiae.
21. Logica in nudis præceptis posita  
mortua est.
22. Prædicamenta non pertinent ad  
tractatum Dialecticæ essentialern.
23. Individuum est incommunicabile.
24. Deo vivas pico tibi caste, proxi-  
mo juste.

